

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Ad Quæst. 40. part. 4. Decisio CV. Petens absolvi ad cautelam à sententia  
excommunicationis Episcopi, à quo dicit se exemptum non auditur, nisi  
probet aliqualiter de exmemptione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad Quæst. XXXIV. Additio.

**E**xempti an teneantur Episcopo ad jus reverentiale? ultra distinctionem *Putei*  
*de cœf. 114. part. 3.*, inter exemptionem simplicem sive ordinariam, & plenam  
sive omnimodam, Rota etiam distinxit duas species reverentiae, sive juris re-  
verentialis, ut aliud sit jus reverentiale debitum ratione jurisdictionis, & in hoc de-  
beat intelligi distinctione supradicta, aliud vero jus quod deberetur ratione dignitatis,  
quod nunquam tollitur per quamcumque exemptionem. *Rota in Casar Augustana pre-*  
*eminentiarum 29. Novembris 1627. coram Coccino qua est de cœf. 111. num. 16. par. 5. rec.*

Ad Quæst. 40, part. 4.

D E C I S I O C V.

Petens absolvi ad cautelam à sententia excommunicationis Episcopi, à quo dicit se exemptum non  
auditur, nisi probet aliqualiter de exemptione.

*Est Decisio 6. de sent. excomun. in novis.*

**S**i quis petit se absolvi ad cautelam à sententia excommunicationis per Episco-  
pum suum lata contra eum, post appellationem ab Episcopo interpolitam, à cu-  
jus jurisdictione dicit se exemptum, & sic sententiam nullam, non est ei impen-  
denda absolutio nisi primo aliqualiter, licet non plenè, doceat de exemptione, ne  
illudatur ordinaria potestati, pro qua facit jus commune, & refutat agenti, *de refut.*  
*spoliat. C. ad decimas. l. 6. & in C. solet. de sent. excom lib. 6. per Innocent. licet ibi Hesien. &*  
*Joan. Andr. videantur declarare in partem oppositam: tamen omnes Domini decli-*

Kkk 3

nave-

naverunt potius in opinionem Innocentii, ne detur occasio fragmentis & fraudibus  
de re script. cap. sedes cum similibus, pro dicta conclusione vide nota per Innoc. in cap. ve-  
nerabilis de censib.

## DECISIO CVI.

Excommunicatus non absolvitur ad cautelam, licet  
alleget exemptionem, si excommunicator est in  
possessione excommunicandi.

*Est Decisio 7. de sentent. excomm. in antiquis.*

**N**ota quod ubi Episcopus excommunicat, & est in possessione excommuni-  
candi, & quia excommunicat subjectum; nisi probetur exemptione, excom-  
municatus litem pendente, non debet absolviri ad cautelam, ut nota. Innoc. in  
*C. solet de sentent. excom. super verb. pro manifesta, secus esset, si super possessione, in qua*  
Episcopus dicebat se esse, verteretur dubium, quia posito, quod de jure posset ex-  
communicare, nisi probaret se in possessione, praestatur absolution ad cautelam; ut  
videtur notare Innocent. in *C. venerabilis, in fin. de cens. & in C. Apostolica, de senten-*  
*com. vide supra, decif. 6. & circa absolutionem expensarum, vel cautionem praefar-*  
*dam, vide infra decif. ultimam.*



Ad